Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1002
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

et ambulans. Et apprehensa manu eius dextra allevavit
eum. Et protinus consolidate sunt bases eius et plan-
te: et exiliens stetit et ambulabat. Et introivit cum
illis in templum: ambulans et exiliens et laudans
deum. Et vidit eum omnis populus ambulantem et lau-
dantem deum. Cognoscebant autem illum: quia ipse
erat qui ad elemosinam sedebat ad speciosam portam
templi. Et repleti sunt omnes stupore et ex-
tasi in eo quod acciderat illi. Ps. Confitemini domino quoniam
bonus: quoniam in seculum misericordia eius. Et ne timeatis omnes de plebe israel
quia ecce quanta mirabilia fecit dominus in medio eius. V. Celebrantur
gloriam dei et opera manuum eius annunciat firmamentum. Gradum
Illo tempore. Dixit iesus simoni petro. Simon iohannis
21 non iohannis: diligis me plus his. Dicit ei.
Etiam domine: tu scis quia amo te. Dicit ei: pa-
sce agnos meos. Dicit ei iterum. Simon iohannis
diligis me? Ait illi. Etiam domine: tu scis quia
amo te. Dicit ei. Pasce agnos meos. Dicit ei ter-
tio. Simon iohannis amas me? Contristatus
est petrus. quia dixit ei tertio amas me: et dicit ei. Do-
mine tu omnia scis: tu scis quia amo te. Dicit ei
pasce oves meas. Amen amen dico tibi. cum esses
iunior cingebas te. et ambulabas ubi volebas
cum autem senueris extendes manus tuas et alius
te cinget et ducet quo non vis. Hoc autem dixit:
significans qua morte clarificatus esset deum
Michi autem nimis honorificati sunt amici tui deus nimis con-
fortatus est principatus eorum. Gr. Mundus
iniquitatem. Domine aplica misericordiam sanctifica nos quia a
peccatorum maculis et munda. Postcommunio
Simon iohannis diligis me plus his dicit ei domine nosti omnia nosti quia